

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Theologica universa - Ettenheim-Münster 108 - Tom. II

Cartier, Gallus

[S.l.], 1795

§4

[urn:nbn:de:bsz:31-111018](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111018)

424. *speciem modum Santos precandi et invocandi
laetius in universali Ecclesia stabilitum ex-
cedere videantur, id tamen Ecclesia Catholi-
ca, quae illas omnino respicit, tribui haud de-
bet. Nempe nonnunquam per imperitiam
et errorem aliqua in Ecclesiis particularibus
fieri possunt, quae ab Ecclesia Catholica rejici-
untur. ut jam dudum observavit S. Augus-
tinus, lib. 6. De Bapt. contra Donatistas, c. 26.
Quod si nonnunquam in preces aliqua inrepant,
quae sint contra Ecclesia fidem, ea quotidie
emendantur cura Congregationis de ritibus,
cujus primarium officium est ad vigilare, ut
menda corrigantur; et cavere ne quid Dein-
ceps simile contingat.*

44.

S. Quartus.

*De cultu Crucis Christi et ejus-
dem crucis effigiei, Reliquiarum
ac Imaginum Sanctorum.*

*Cultus seu adorationis nomine huc
idem intelligimus, quod supra De pho se-
cundo de Sanctorum cultu et adoratione in-
telligimus, nempe cultum religiosum,
seu a virtute religionis imperatum, qui
minor sit laevo cultu.*

De cultu Christi Crucis.

45.

Conclusio.

*Crux sive vera, in qua passus est
Dominus, sive picta et sculpta, sive ma-
nuum agitatione expressa colenda
est. Tres sunt hujus Conclusionis partes.*

*Prima pars, quae est de vera con-
ce, probatur autoritate, et usu univer-
salis Ecclesia, quae ab anno 326. quo Di-
ligentia Helena Constantini Imperatoris
matris vera Crux Christi inventa est, Deo*

piissime Imperatrici conatum non sine mi-^{428.}
raulis adjuvante, hoc salutis nostrae instrumen-
tum singulari honore ubique prosecuta est.

Item, prout gesta est, narrant Scrip-
tores Saeculi quarti. S. Cyrillus Jerosolymita-
nus, qui hujus celebris inventionis ocula-
tus testis esse potuit, in Ep. ad Constanti-
num Imperatorem, et catech. 4. ac 43. re-
fert, Christianos ex omnibus mundi partibus
ad adorandam Crucem Jerosolymam con-
fluere solitos, et cum erogatis in singulos
hujus pretiosi ligni partibus plenus esset
orbis, lignum tamen ipsum integrum
semper persistisse.

S. Ambrosius*, in Oratione Theo-
dosii Magni addit, Helenam crucem in
capite Regum levasse, ut Crux Christi
in Regibus adoraretur. *obit an. Chr. 397.

S. Paulinus*, ep. ii. ad Severum, *obit an. Chr. 431.
Sulpitium, in qua testatur Ecclesiam
instituisse festum in memoriam Crucis
per Helenam mirabiliter inventa.

Idem Severus Sulpitius*, lib. 2. *obit an. Chr. 420.
Savae historia. Ruffinus lib. i. Historia * circa idem tempus
Theodoretus*, lib. Hist. c. 18. Socrates, *obit an. 460.
lib. i. c. 13. et Sozomenus, lib. 2. c. i. tes-
tantur.

Secunda pars, quae est de imagi-^{46.}
nibus Crucis, constat ex universali Ecle-
siae usu; nam ex S. Chrysostomo hom.
61. Imperatores Crucis effigiem adhibe-
bant ad presidium et honorem in suis
diadematis, vestibus, et armis; ceteri
vero ubique ex Theodoro serm. 6. contra
grecos: Graeci, Romani et Barbari cruci-
finum profitentur Deum, Crucisque si-

Col. p. 30.

*obit an. Chr. 386.

*obit an. Chr. 397.

*obit an. Chr. 431.

*obit an. Chr. 420.

*obit an. 460.

46.

quum venerantur. Ex S. Augustino, serm. 88. alias 18. De verbis Domini, c. 8. ubi ait: Quia ipse honoratus erat fideles suos in fine huius saeculi, prius honoravit Crucem in hoc saeculo, ut terrarum principes credentes prohiberent aliquem nocentem crucifigi, et quodam magna insultatione Iudei Domino provererunt, magna fiducia Servieus etiam Reges in fronte nunc portant.

Profecto Crucis imagines, quos, ut insula dicitur, primi etiam Christiani effinxerunt, Constantini Magni temporibus palam expositae sunt: nempe sacri illius signi, quod in somno cum hac inscriptione, Hoc vince, Constantinus conspexerat, effigiem ex Christi mandato, qui per quietem ei apparuerat, elaborari iussit effertque venillum, cui Labari nomen impositum est: Hoc vero Salutare signum, ait Eusebius, lib. i. De vita Constantini c. 32. velut munimentum adversus hostiles, infestisque vires omnes perpetuo usus est Imperator, et ejusdem expressas figuras prae se Principes mandavit exercitibus suis. Neque hoc contentus eandem effigiem tum militum clypeis, tum nummis insculpi voluit. Ad Constantini exemplum ubique collocata est eadem crucis effigies: In ipse Reges, inquit S. Chrysostomus supra cit. Hom. 6i. Deposito diademate crucem susceperunt, mortis illius signum. In prope vestibus crucis inest: in diadematis crucis: in orationibus crucis: in armis crucis: in sacra mensa crucis, et ubique terrarum Sole ipsa clarius refulget.

Prohibuerunt etiam Imperatores, l. i. Cod. De sacro-sanctis Eccles. ne Crucis in pavimento conculcanda inscriberetur; quod etiam

*Da Trullo, qui fuit Synodus Trullana, alias Quincenta, velut ex

Quinta et Sexta oecumenicis Synodis coalescens, 427
atque Canones Supplens, quales duae illae Synodi,
Tolis fidei definitionibus intentae, non ediderant,
quibus Stabiliari posset Ecclesiastica disciplina,
municipata, Canone 73. Sub anathemate in-
terdixit.

Secretarium Hypericæ
fornicatum in Imperia-
libus sedibus Constan-
tinopoli, an. 602. sub
Imperatore Justinia-
no II. ceterum Cœ-
tus iste censei aut
dum non potest Oecu-
menicum concilium,
ut pote cui, ut par-
erat, nulli praesidere
Legati Apostolica Se-
dis, quam tunc tem-
poris Sergius occupa-
bat.

Quin et ipsi Ieonomachi, qui saeculo
Ecclesia octavo adversus sacras imagines summo
furore debachati sunt, honores vere Coni-
abisque illius imaginibus pendere solitos illi-
bate servaverunt. Nam, inter alia, Constan-
tinus Copronymus, quo imperante celebra-
ta fuit Pseudo-Synodus septima an. Chr. 754.
Nicephoro Constantinopolitano teste in Pre-
vario historia: Sublato in altum Crucis li-
gno, dicitur Episcopos coegisse, ut jurarent,
se imagines nusquam veneraturos esse: Tum
inquit Nicephorus, Patriarcham Constantino-
politannum Salutaribus lignis /: Crucis ligno
sicut /: in altum sublatis, jurasse, se ex-
eorum numero non esse, qui sacras imagi-
nes adorarent.

Col 7p31

Joannes quoque Damascenus, lib. 2.
de imaginibus, ex eo confutat Ieonoma-
chos, quod, cum venerentur crucis lignum,
et sacra vasa, quae sunt quaedam materia,
sacris tamen imaginibus cultum deferre
nolent: aut igitur, ait, horum omnium
cultum, adorationemque tolle: aut Ecclē-
siasticae traditioni etiam imaginum adora-
tionem per mitte.

Jonas item Auchenensis, qui unus
fuit e Gallicanis Patribus, qui Synodi Ni-
cena II. de imaginibus decretum vellicarunt,
lib. de cultu imaginum, aperte profitetur,
usum fuisse tunc in Gallis, ut Christi Cru-
cis effigies in Templis collocaretur, et adoran-
da fidelibus exponeretur: atque Claudio
Taurinensi Episcopo criminari vertit, quod,

S. Augustinus, de
c. 8. ubi ad
des. suos in fine
corum in de laud
vobis prohibent
figi, et quodum
ei Dominus potest
vicijs etiam de
imagines, quae in
Christiana
in temporibus
sacri idus
atione, Horu
effigiem in
ei apparet
idum, cui
Hor vero
ita Constanti
coris hostiles, inf
nus est Imper
as proire vni
teque hoc const
mittum dycis
ad Constant
ata est eadem
quod S. Chrysostom
to Hadonate
Jonas
Hadonate
nus cruci: in sac
nam Sole ipse
am Imperator
ne Crux in par
etur; quod
inibata, velut

428. cum, imperante Ludovico Pio, creatus fuisset
Episcopus, primus omnium Cruces abiecit:
Verum etiam cruces materiales, quibus ob ho-
norem et recordationem redemptionis sua-
sancta consuevit uti Ecclesia, à cunctis paro-
chia sua Basiliis dicitur delevisse, evertisse,
penitus abdicasse.

Et vero neque Ionomachi ipsi in sua
Pseudo-Synodo, quam falso Septimam Oecu-
menicam vocarunt, imaginis Crucis Christi
vel quidem meminereunt; necnon Concilium
Septimum Oecumenicum an. Chr. 787. cele-
bratum sub Adriano I. Papa, ut probet, cul-
tum sacris imaginibus exhiberi debere, ar-
gumentum adversus ipsos Iconoclastas sapè
desumit ex cultu, quem iidem Iconoclastae
fatebantur exhiberi debere sacrae Crucis ima-
gini. In fidei Definitione, qua in eisdem
Concilio actione 7^{ma} legitur, factum, de quo
est questio, aperte supponitur: Definimus, in-
quunt Laudata Synodi Patres, sicut figuram
pretiosam ac vivificam crucis, ita venerabiles
ac sanctas imagines proponendas.

47. Tertia Conclusionis pars, qua est de
Signo Crucis manuum agitatione expresso,
probat. Illius Signi usus est laudabilis,
quem Ecclesia ab exordio semper probavit,
et quem Deus multis miraculis commendavit.
atque talis est usus Signi Crucis. Ergo.

Minor prob. ex Tertulliano, qui
ut fertur, an. Chr. 196. ronà militis c. 3. ubi haec loquitur: Ad omnem
progressum, ad omnem arditum et exitum,
ad vestitum, calcatum, ad lavaera, ad mes-
sas, ad lumina, ad cubilia, ad stibilia, quo-
cunque nos conversatio exercet, frontem
crucis signaculo terimus. Harum et aliarum
hujusmodi disciplinarum si legem ex postu-
les, Scripturarum nullam invenies; traditio

Gentilitate relicta, jam seculo Ecclesia secundo floruit; lib. De co-
ad fidem Christi con-
versus est. obiit
autem an. Chr. 216.

6
tibi presentatur auctrix, consuetudo con- 429.
servatrix, fides observatrix.

Ex Origene, Tertulliani coarvō*, qui obiit an. 254. Col 8, 32.
Hom. 6. in genes. et Hom. 6. in Exodum,
asserit, Signum crucis habere vim fugan-
di Demones.

Ex S. Gregorio Nazianzeno*, orat. 3. obiit an. 390.
ubi refert, ipsum Julianum Apostatam
tenitum, ligno crucis fugasse Demones.

Ex Sancto Cyrillano*, qui Ep. 58. sic obiit an. 258.
scribit: Munitur fons, ut Signum Dei
incoluere servetur.

Ex S. Athanasio*, qui in vita S. An- obiit an. 371.
tonii narrat, Sanctum hunc Anachoretam
solitum armari ligno crucis adversus insi-
dias et assaultus Demonum.

Ex S. Basilio Cesariensi*, qui lib. obiit an. 378.
De Spiritu S. c. 27. Dogmata et instituta, in-
quit, quae in Ecclesia praedicantur, qua-
dam habemus ex doctrina scripta, qua-
dam rursus ex Apostolorum Traditione...
quorum utraque parem vim habent ad
pietatem... ut quod primum est et vul-
gatissimum primo loco commemorem, ut
Signo crucis, eos, qui spem collocarunt in
Christum, signemus, quis scripto docuit?

Denique ex Sancto Basilio Seleuci-
ensi*, qui lib. i. De vita S. Thecla scribit, obiit an. 458.
sanctam hanc virginem ligno crucis ignem
extinxisse. * quo anno obierit
incertum, adhuc
supererat an. 458.

Hunc signi S. Crucis usum jam
aetate Tertulliani, minus reliquorum pa-
trum, quorum testimonia modo addu-
ximus, recentem haud fuisse patet, sed
prout tum ipse Tertullianus, tum S. Ba-
silii Caesarensis testantur ex Majorum
traditione receptum; et cum nullum

not 6 zil

430. illius inveniatur aut in Conciliis, aut in Ba-
troum Decretis initium, iuxta S. Augusti-
ni contra Donatistas agentis principia
traditionis Apostolica esse censendus est.

* Lib. 4. De Bapt.
cont. Donatistas
c. 24.

* Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis
institutum, sed semper retentum est, non
nisi auctoritate Apostolica rectissime tra-
ditum creditur, inquit hic S. Doctor.

Porro Majores nostri tam soepe
signo crucis frontem triverunt, 1^o ut
Christi passionem in memoriam revoca-
rent. 2^o ut testarentur se fiduciam
omnem in unâ Christi morte collocare.
3^o Quod crederent huic transeunti Crucis
signo vim inesse Demones abigendi, pro-
pedendique mala, quae impendebant.
4^o Denique, ut significarent, se Christum
non erubescere: Hujus Crucis Signum, ait
S. Augustinus, tract. 3. in Joan. in fronte
gestamus, de quo non erubescimus, si et
in corde gestamus.

De virtute signi crucis, quo fron-
tem munimus, vide Chrysostomum, Hom.
12. in 1. ad Corinth. Augustinum, lib. 22.
De Civ. Dei, c. 8. Cyrillum Hierosolymita-
num, Catechesi 4. Epiphanium, Her. 30.
quae est Ebionitarum.

De virtute item, quam per crucis
Signum, quo se se fideles munimus, ipse
Deus operatur, persuasi Majores nostri
idem non modo ad prophana ritè pera-
genda, sed etiam in sacris omnibus offi-
ciis adhibebant: Quod Signum, ait S. Au-
gustinus tract. 118. nisi adhibeatur sive fron-
tibus credentium; sive ipsi aqua, quâ rege-
nerantur; sive oleo, quo chrismate ungu-

tur; sive Sacrificio, quo aluntur nihil eorum
rite perficitur.

Summa igitur reverentia ac reli-
gionis sensu Christi Crux, tanquam salutis
ac Redemptionis nostrae pretiosum instru-
mentum colenda est. Et vero, si locus in
quo Angelus Stetit, terra Sancta est, Josue
11. 12. Enod. 3. Cur non magis Crux, in qua
Stetit, et cui affixus est Christus? Si Sudaria
et Semicinctia Pauli honorabantur propter
ipsum contactum, cur non magis Crux
Languine Christi respersa? Si Sacramen-
ta honorantur, quia sunt instrumenta
gratiae, cur non Crux, quae instrumen-
tum est redemptionis? Vide quo infe-
rius dicemus de Sacrarum Imaginum
cultu, quo huc referri poterunt.

Solvuntur Objectiones.

Ob. 1. Historia inventa ab Hale-
na Crux Christi est mera fabula, tum
quia Eusebius Helena gesta lib. 3. De vi-
ta Constantini recensens, hujus rei non
meminit: tum quia Scriptores, qui
eam referunt, seum invicem non concor-
dant. Ergo est explodenda.

Resp. neg. ant. ad ejus prob. Prae-
terquam quod Eusebius hujus historiae
mentionem faciat in Chronicis, silenti-
um unius nihil potest contra omnium
reliquorum testimonium. Scriptores,
qui eam referunt, in levibus quidem cir-
cumstantiis variant, sed in rei summa
omnino conveniunt.

Ob. 2. Indecorum est et om-
nino probrosum, si filius honoret pati-
bulum, in quo Pater interit. Ergo Crux,
in qua Christus interit, honoranda non est.

Prima s. Zolter Not.

431.

Narrat Georgius
Martinus ex Mi-
nistro Calviniano
ad fidem Catholi-
cam conversus, se,
quamvis nondum
plene conversus sed
adhuc Calvinii sectu-
tor, uxorem suam
gravi stomachi
dolore cruciatam
Signo crucis de repen-
te sanasse. Con-
versio G. Martini
gallicae. Parisiis
an. 1656. in Prae-
fat. Imo addit
ibidem, uxorem hu-
am postmodum hu-
jus Signi crucis Signi
a se ipsa supra se ipsam
facti virtute, hujusmodi
a lethali morbo, qui
quos invadebat, intra
trium vel quatuor
dierum spatium pe-
rimebat, non modo
illuc sanatam, sed
et ad fidem conver-
sam fuisse Catholi-
cam.

48.

49.

Resp. neg. ant. Si nempe de patibulo, in quo Christus pretium Redemptionis nostrae Patri suo obtulit, intelligatur. Haec est Gentilium et Iudeorum impietas, quibus Crux Christi, ut erat nocentis patibulum, sic et Scandalum et Stultitia: ipsis autem vocatis Iudeis et Gentilibus erat et est Dei virtus, i. Cor. i. v. 24. trophaeum Christi victoris, cathedra docentis, tribunal Judicis, ex quo expoliatis Principatus et Potestates, tradunt confidenter, palam triumphans illos in Semetipso, Col. 2. v. 15.

49.

Ob. 3^o. Si Crucem colere licet, quia Sacrum Christi Corpus tetigit: colendus quoque asinus, quo Christus vectus est, colendum os Iudae proditoris, cui Christus osculum imprexit, colenda Servi manus, qua Christus percussus fuit. falsum consequens. Ergo et antecedens.

Resp. neg. seq. maj. Crucem Christi colimus non solum quia Corpus ejus tetigit, sed et, quia instrumentum pretiosum fuit Redemptionis nostrae; illud porro discriminis est inter inanimata, et sensu, ac ratione praedita, quod haec non honorantur, nisi propter dignitatem et excellentiam, quae ipsis infit: illa vero honorari possunt propter aliquam ad alia honore digna habitudinem. Praeterea tam asinus, quam os Iudae, et manus Servi in aestimatione prudenti Specialem habent indecentiam, propter quam coli non possunt; nec censentur habere aut retinere aliquam habitudinem ad corpus Christi aut ejus factam nostrae redemptionem, quam tamen Crux habet.

Ob. 4^o
... habet au
... est, cole
... colbet con
... similitudine
... infirmitas fuit
... here. Ergo.

Resp.
... efficit
... e claris
... con: qu
... habitudinem
... solim
... ad u
... seq. maj.
... cruce
... ad
... nisi pi
... dignitat
... De Cu

Reliqui
... paulo,
... damnari
... finem ejus
... plantis; q
... cherus; hu
... formande de
... monitione
... pphs art. 5
... credim
... esse au
... posterior
... inium, inq
... tione reliq
... conficta
... At de
... reliquia

Ob. 4^{to}. Si Crux quia similitudi- 433
nem habet ad Crucem, in qua Christus mor- 50.
tuus est, colenda est, tunc etiam clavi
quilibet erunt honorandi, cum eorum
similitudinem gerant, quibus Christus
confixus fuit. Atque absurdum est hoc
dicere. Ergo.

Resp. Dist. seq. maj. Clavi de in-
dustria efficti ad representandum ali-
quem è clavis, quibus confixus est Domi-
nus, conu. quia cum ad illum habeant
habitudinem, quamdam relativam excel-
lentiam sortuntur. Clavi casu, aut de
industria ad usum profanum formati,
neg. seq. maj. Neque enim etiam hono-
ramus cruces fabricatas ad sustentandum
ruinosum ædificium, aut quaslibet ima-
gines, nisi pictæ sint in memoriam ali-
cujus dignitate et sanctitate conspicui.

De Cultu Sanctorum
Reliquiarum.

51.

Reliquiarum cultum quarto Ec-
clesie seculo, ut supra S. 1^o annotavi-
mus, damnavit Eunomius Arianus, et
sub finem ejusdem seculi, vel initio quinti
Vigilantius, quem seculo 16^{to} seculus est
Lutherus; huic Calvinus adhasit, lib. de
reformanda Ecclesia necessitate, et in
admonitione de Reliquiis. Helvetia
confessio art. 5. hæc habet: Multo vero
minus credimus reliquias divorum ado-
randas esse aut colendas. Et Anglica
na posterior confessio: Doctrina Roma-
nensium, inquit, in veneratione et ado-
ratione reliquiarum, res futilis est, ina-
niter conficta.

At Ecclesia Catholica docet San-
ctorum reliquias esse venerandas, Deumque

Volz p. 34.

434 per eas multa beneficia largiri. Conu. Frid.
Lep. 25. Sit proinde cum ea
52.

Conclusio.

Reliquiis Sanctorum pie, ciuitate
ac utiliter religiosus cultus impenditur.

Prob. 1^o ex S. Scriptura, in qua reli-
quiarum cultus et honos laudatur et commen-
datur crebris etiam miraculis. Iudaei taber-
naulum, Arcam, et quae in idâ conlud-
bantur, religiosô cultu prosequabantur, nec
propterea usquam in Scriptura redarguntur.
Moyse ex Aegypto discedens ossa Iosephi
Patriarchae honorificè secum transtulit, Exod.
13. v. 18. non humano affectu, sed religio-
sâ pietate: si enim viventium corpora
propter sanitatem, quae ex animâ redun-
dat, religiosè colimus, ut Moyse eâ cultus
specie, viri sanctissimi cineres et ossa prose-
tus non sit? quae prophetae dicuntur, Ecli.
49. v. 19.

4. Reg. 1. 2. v. 8. Elisaeus pallio Eliae
aquas percussit, et diuisa sunt. At uti pal-
lio ad miraculum patrandum, est utique Eliae
pallio cultum et honorem exhibere. Es-
dem lib. 2. v. 21. Cum in Elisaei demortui
sepulchrum projectum esset cadaver, veri-
tatis homo et stetit erectus in pedes. Ergo
honoratum fuit, et quidem cultu religiosô
mortuum Elisaei corpus.

Actorum 19.
v. 12. Multi sanantur per sudaria et semi-
cinctia Pauli Apostoli. Ergo qui huius Apo-
stoli sudaria et semicinctia aegrotis applica-
bant, ea haud dubiè religiosô honore pro-
sequabantur.

Matth. 9. v. 21. Mulier
hemorroïsa speravit se ex contactu fimbriae
Christi consecuturam esse sanitatem, et
verisimiliter consecuta est. Ergo eam fimbriam
tanquam rem sacram, et quidem probante
Christo, venerata est: ergo pie et religiosè
eadem Christi vestis coli posset, si iam praesens foret.

Prob. 2^{do} ex constanti Ecclesia tra-^{435.}
ditiōne, cuius testes produimus Antiquos Pa-
tres et Concilia. Anno Christi 163. Poly-
carpus Smyrnae martyrio coronatus est. Ju-
dai Praesuli suaserunt, ut illius ossa con-
vemari iuberet, Ne forte, inquit Ecclesia
Smyronensis in sua de morte Polycarpi Epi-
stola apud Eusebium lib. 4. Hist. c. 15. ut
ajebant, relicto crucifixio, hunc deinceps
Christiani colere inciperent. Judaeis igitur
permanum erat Secundi saeculi Chris-
tianos cultum religiosum exhibere Mar-
tyrum reliquiis: nec id tanquam rem si-
bi falso impositam negabant Christiani:
sic enim eadem Smyronensis Ecclesia prose-
quitur: Stulti! qui ignorarent nos nec
Christum unquam posse relinquere, nec
alium quemquam: Latris cultu; colere.
Idem enim utpote filium Dei adoramus,
Martyres vero tanquam Discipulos et imita-
tores Domini merito amore prosequimur, ob
eximiam benevolentiam, quam erga Re-
gem et Magistrum suum Declararunt. Ad-
dit eadem Ecclesia, se tandem collegisse
Martyris ossa, opportuno tempore die
festo publice colenda.

Idem Eusebius*, lib. 7. Hist. c. 19. sic ^{obit an. 340.}
de cultu, quo Christiani cathedram Jaco-
bi primi ~~Jerusalem~~ Episcopi prose-
quebantur, loquitur: Jacobi cathedram
... ad nostra usque tempora conservatam
fratres illius Ecclesiae, jam inde à Maje-
ribus magnā prosequuntur reverentiā.

S. Basilus Magnus*, Hom. in Gal. ^{obit an. 378.}
118. Si quis, inquit de legis veteris prohibi-
tiōne, tetigerit cadaver, immundus
erit. Nunc è diverso Martyris ossa quis

Col. 3. p. 35.

436.

quis attigerit, ob gratiam corpori infidentem,
fit quadrantes Sanctificationis particeps.

* obiit an. 386.

S. Cyridus Hierosolymitanus*, Cate-
chesi 18. Catheummenos proxime Ecclesia De
honorandis Martyrum reliquiis docet.

* obiit an. 393.

S. Gregorius Nyssenus*, Oratione in
Theodorum Martyrem haec de illius reliquiis
scribit: Nam ipsas attingere reliquias quam
optabile sit, norunt, quicumque sunt ex-
pecti. Hi enim tanquam vivum ipsum
corpus et florens videntes osculantur, et
ad oculos, ad os, ad aures, ad omnes sensus
admovent. Deinde Martyri, quasi inte-
ger esset, et praesens, suppliciant, ut pro ipsis
intercedat.

* obiit an. 407.

Eandem de colendis Martyrum re-
liquiis et cineribus Ecclesia consuetudinem
refert Chrysostomus*, in Oratione de S. Igna-
tio, in qua describit, quo cultu, qua reve-
rentia illius reliquias, Romam Antiochiam
translatas, fideles prosequuti sunt. Et Thom.
16. in 2. ad Cor. Sepulchra, inquit, Servorum
Crucifixi Regis oculis splendidiora sunt....
accidentium studio. Nam et is, qui propu-
ria indutus est, ad illa sepulchra se confert,
ut ea amplectatur, abjectoque fastu hyp-
plex stans Sanctos deprecatur. Atque id
non Roma solum fieri quisquam viderit,
sed etiam Constantinopoli. Nam et hic quo-
que Constantinum Magnum sibi ingre-
ti honore se affecturum existimavit, si-
cum in piscatoris vestibulo deponeret,
quodque sunt Imperatoribus in palatis
janitores, id in tumultu piscatoribus sunt
Imperatores. Tum describit virtutes plu-
rimas, quas Deus per Sanctorum reliquias ope-
ratur.

* obiit an. 420.

S. Hieronymus*, eandem Ecclesia

Catholica consuetudinem ex professo tueretur ^{437.}
adversus Vigilantium, qui sub finem quar-
ti saeculi in eam infuserat; hinc ex re-
cepto ubique usum contra illum haereticum
argumentatur: Malè ergo fuit Romanus
Episcopus, qui Super mortuorum hominum
Petri et Pauli, secundum nos ossa vene-
randa, secundum te, valem pulvericulum,
offert Domino sacrificium, et tumulos eo-
rum Christi arbitratur altaria. Et non
solum unius urbis, sed totius orbis errant
Episcopi /: nota morem universalis Ecclē-
siae saeculo quarto: / qui cauponem Vigilan-
tium contemnentem, ingrediuntur Basi-
licas Martyrum.

S. Ambrosius*, ep. 53. refert, se Deo obit an. 397.
revelante, reperisse Mediolani Sancto-
rum Genasii et Protasii corpora.

S. Augustinus*, lib. 9. confes. c. 7. * obit an. 430.
narrat miracula, quae in translatione
Sanctorum Genasii et Protasii Mediolani
patrata sunt, et quorum se oculatum
fuisse testem scribit. Et lib. 9. de Civ.
Dei c. 8. ea miracula, quae in Africa in
inventionem reliquiarum Stephani Proto-
martyris edita sunt, quaeque ipse oculis
conspexit, multis prosequitur. Ne non
lib. 20. cont. Faustum c. 21. Populus Chris-
tianus, inquit, memorias Martyrum reli-
giosâ Solemnitate celebrat, et ad eximitan-
dam imitationem, ut meritis eorum conso-
cietur, atque orationibus adiuvetur, 18.
Lib. autem 22. de Civ. c. 8. refert Reliquias
Sanctorum honorificè circumgestari so-
litas, flores et vestimenta ex earum con-
tactu virtutem hausisse; peregrinationes
ad Sanctorum memorias fuisse susceptas,
ibique plura miracula patrata.

Bl 4/5, 36

Sub Sylvestro Pa-
pâ, qui Ecclesie
præfuit ab an. 314.
usque ad an. 336.
celebratum præside
Osio Cordubensi epi-
scopi. Dom. Papa Legato.
quo autem annô
incertum. gan-
gra urbs Baphla-
gonie minoris Asia
Provincia.

Concilium Gangrense*, Canone 20.^{mo}
et ultimo, Anathema illis infligit, qui fide-
lium concursum ad Martyrum memorias
vituperant, et lava, quæ in eis locis sunt,
aversantur.

Concilium Carthaginense quintum
an. 398. celebratum supra S. 2. pag. 380.
à nobis relatum vetat, ne altaria absque
Martyrum reliquiis extruantur.

Concilium Ephesinum gene-
rale celebratum anno 431. Insi-
pit, et probat Epistolam Celesti-
ni Papa I. in qua Patribus sic gratu-
latur: Vos Joannis Apostoli Reliquias
presentes veneramini.

Tum Dionomachi, tum Nica-
na Synodus, generalis VII. convenie-
bant, Martyrum reliquiis cultum esse
impendendum. Quæ sequentibus sæ-
culis habita sunt Concilia eundem mo-
rem probarunt: ut videre est in Bra-
carenensi III. an. 572. celebrato. Latera-
nensi IV. an. 1215. can. 62. et tandem
Tridentino, Sess. 25.

Prob. 3.^{tio} ratione. Quia cum
pium sit ac utile honorare Sanctos, qui
sunt amici ac heredes Dei, et in Cælo cum
Christo regnant, quique multum apud
ipsum orationibus suis valent; piuum
quoque ac utile est, honorare eorum cor-
pora, quæ fuerunt Tempora Spiritus Sancti,
organa Sanctarum animarum, et ins-
trumenta virtutum, cum honor illis ex-
hibitus redundet in ipsos Sanctos, quo-
rum sunt pretiosa exuvia. Præterea,

Si, prout probabimus, honestum sit hono- 439.
rare Sanctos in eorum Imaginibus; à for-
tiori pium ac honestum erit eos honorare
in eorum reliquiis, quæ majorem ad illos
habitudinem et conjunctionem habent,
quàm imagines, quibus representantur.

In his vero potissimum consistit
cultus, qui Sanctorum Reliquiis exhibetur.
1.º Quod sollicitè quarantur, ac cum honore
aperentur. 2.º Quod in Ecclesiis honori-
ficè collocentur. 3.º Quod Sanctos, ad eo-
rum Reliquiarum conspectum, pro Magis-
tris ac Doctoribus habere nos profiteamur.

4.º Quod eas oculis, contactu lumina-
ribus, thure, peregrinatione, Solemni-
tate festorum, pro more et usû Ecclesia-
rum probatò honoremus. Qui ritus et
praxis Sanctorum reliquias venerandi-
cum semper et ubique, etiam ante om-
nis Concilii celebrationem, in Ecclesia Ca-
tholica vixerit, prout ostendimus, eam
esse traditionis Apostolica merito et verè
tuemur, juxta traditam à S. Augustinò
lib. 4. cont. Donatist. c. 24. regulam, ubi,
Quod universa tenet Ecclesia, inquit, nec
Conciliis institutum, sed semper retentum
est, non nisi auctoritate Apostolica tradi-
tum rectissime creditur.

Solvuntur Objectiones. 53.

Ob. 1.º Dent. c. ult. Deus abscondit
corpus Moysis per Angelum, ne scilicet
illud Judæi adorarent. Ergo Deus prohibet
adorationem corporum seu Reliquiarum.

Resp. neg. cons. Deus corpus Moysis
abscondi voluit, ne Israëlita in idololatri-
am valde propensi illud adorarent tanquam
Deum, eique ut Deo sacrificarent, si sepul-

Col 5 p. 39.

440. horum ejus notum haberent. Quare Deus pro-
hibet adorationem corporum Sanctorum,
quæ sit cultus latricæ, non verò quæ sit im-
tanat cultus Divia relativa.

54. Inst. Israëlita Moysen viventem,
quamvis stupenda ederet prodigia et mira-
cula, cultu latricæ non adoraverunt. Ergo
ne mortuum eo cultu adorassent. Ergo p.

Resp. neg. cons. Ideo Israëlita Moy-
sem viventem cultu latricæ prosecuti haud fue-
runt, quia ipse vivâ voce prædicabat evita
à se miracula unius Dei virtute fieri. at,
cessante hujusmodi admonitione, facile in
idololatriam ruerunt, quemadmodum
ruerunt postea in serpentem æneum, cu-
jus aspectu lanati fuerunt, quemque
ob id, ut habetur lib. 4. reg. c. 18. ab Ezechia
Rege confractum novimus.

55. Ob. 2. d. Christus Luc. II. v. 47. reprehen-
dit Judæos, quod Magnifica Sepulchra Pro-
phetis edificarent. Idem etiam habetur
Matth. 23. v. 29. Ergo p.

Resp. neg. ant. Nam, omisso, quod
mundus ex antiquioribus hunc locum sic in-
terpretatus sit, textum legenti patet, Chris-
tum non arguere Sepulchrorum construc-
tionem, sed Judæorum impietatem, quæ
ab initio persecuti sunt Prophetas: Patres
eos occiderunt, Filii fingunt se detestari
hanc impietatem, extruentes honorifica
monumenta; cum ipsi interim insec-
tentur Prophetas, qui eos corripunt, et
ita per generationes singulas usque ad
Joannem Baptistam et ipsummet Messi-
am, quos crudeliter enecarunt. Profecto
id argumentum solent Coniurationes in

peccatores contorquere, sibi et eos laudant⁴⁴¹
et colunt, qui olim ab impijs persecutionem
passi sunt, ut Sanctos, nec tamen ipsi
advertunt, se similiter calumniari viros
pios, qui a suis negotiis velut beati et
Sancti celebrabuntur.

Ob. 3^{to} Concilium Eliberitanum 56.

Seu Illiberitanum Saeculo 3^{to} celebratum,
Can. 34. vetat, ne cerei per diem in
coemeteriis accendantur, quia, inquit,
Spiritus Sanctorum non sunt inquietandi.
Ergo cultum Sanctorum prohibere videtur.

Resp. neg. cons. Canon iste non
caeremonias cultus divini et Sanctorum,
sed necromantica impietatis, aut divi-
nationis demoniacae prestigias interdi-
cit; quibus utebantur multi, qui ex
Schola Simonis magi, Discipulorumque
ipsius, Basilidis, Menandri, Saturnini
viperarum geniminum prodierunt:
unde etiam emersit intra Hispaniam
diabolica Crisidianistarum propago in-
cantamentis et divinationibus addita.

Eiusmodi sacrilegis insidebat curiosa mor-
tuorum evocatio per tenebriones demones,
quorum invocatione suadebant mortuos
evocari, atque ab his, quasi ab oraculis ab-
ditissima secreta et ventura facta posse
adiri.

Ob. 4^{to} S. Hieronymus Vigi- 57.

lantis obijcienti idololatriam esse aven-
dere cereos coram Reliquiis, respondet, eos
solum id facere, qui Zelum Dei habent, sed
non secundum scientiam. Ergo P.

Resp. neg. cons. S. Hieronymus ibi
tantum de iis loquitur, qui ex superstitio-
ne cereos accendebant, putantes inde Mar-

* Duo anno incertum.
Ei interpretatur Orius
Cordubensis, qui
postmodum Con-
cilio Nicensi. an.
325. celebrato no-
mine Sylvestri Ba-
pae praesedit.

Concilium porro is-
tud Illiberitanum
dicitur ab urbe
Ildiberi septimo
lapide a Civitate
Granatensi distan-
te in Bostria Pro-
vincia Hispaniae.
Ejus nunc rudera
tantummodo et
parietina super-
sunt in colle, qui
modo Mons Elbira
vulgo dicitur.

Ab aliquibus tamen
celebratum hoc Con-
cilium Eliberita-
num dicitur an. 309.
adeoque sub initi-
um Saeculi 4^{ti}.

Col. 38.

442. tyres illustrari, ut colligitur ex his Vigilanti-
tū ironiis verbis: Magnum honorem præ-
bent huiusmodi homines beatissimis Mar-
tyribus, quos putant de vilissimis creolis
illustrari. Secusā autem hac supersti-
tione Hieronymus ibidem et alibi, ut in
Epitaphio Paulæ, hunc ritum expresse ap-
probat.

57. Ob. 5^{to} Honor non tribuitur
nisi propter excellentiam. Atqui nulla
est excellentia in ossibus et cineribus mor-
tuum. Ergo.

Resp. Dist. min. nulla est excel-
lencia absoluta, conc. relativa, neg. min.
Itaque nec Sanctorum ossa, nec vesti-
menta propter se præiis venerantur,
sed propter Santos, quibus hō modo in-
servierunt.

58. Ob. 6^{to} Reliquiarum cultus ex-
positus est falso cultui: nam pro reliquiis
Sanctorum sæpè exponuntur ossa impro-
borum hominum, puta latronum. Ergo.

Resp. neg. ant. Hoc enim falsum
est de Reliquiis, que publicè cum appro-
batione Episcoporum in Templis expo-
nuntur. Semper enim Ecclesia diligen-
ter curavit, ne Reliquie sine sufficienti
examine et approbatione exponerentur
Fidelium venerationi. Lege Cone. Trid.
Sess. 25.

59. Ob. 7^{mo} Tribus prioribus Ecclē-
siae sæculis notus non fuit Christianis reli-
quiarum cultus; si enim Martyrum reli-
quias coluissent, gentiles inde sumpsissent
argumentum in defensionem cultus, quem
quibusdam mortuis hominibus deferabant. Ergo.

Resp.
Reliquiarum cu
demonstran
antolē Sm
Reliquiarum
Christi
Notus quo
ne Christi
est mortem
consulibu
conarant,
centem Se
curabant,
peteria gen
sicut, ex is
est occasio
perstitutioni
rege distab
Reliquiarum
latricia
ant, eorum
Reliquia u
contra Mar
in corlis
suum qui
minorem
De cul
Omni
Reliquiarum
Sup. S. 1.º a
Mahumet
Reliquiarum
Paulo or
operator.
Reliquiarum

Resp. neg. ant. 1^o notus fuit de 443.
reliquiarum cultus Christianis, prout abun-
de demonstravimus. 2^o Judaeis, ut patet
ex epistola Smyrensis Ecclesiae de morte
S. Polycarpi, quam supra adduximus, unde
illum Christianis crimini vertebant.
3^o Notus quoque fuit pluribus Ethnicis,
qui, ne Christiani possent Martyrum ossa
post mortem colere, enixe petebant à
Proconsulibus, ut Martyrum corpora
cremarent, eorumque cineres in pro-
fluentem deicerent. Equidem Christia-
ni cavebant, ne Christiana religionis
mysteria gentilibus panderentur, ne
sibi, ex iis malè intellectis, arripe-
rent occasionem eos, ut consueverant,
Superstitionis infimulandi. Ceterum
longè distabat haec Christianorum praxis
à Gentilium praxi: isti enim adoratio-
nem laetitia hominibus mortuis defere-
bant, eorumque Spiritus mortuorum
Sepulchra circumferebant: isti è
contra Martyrum, quorum Spiritus
jam in coelis regnarent, reliquiis reli-
gionum quidem cultum, sed laetitia lon-
ge minorem, exhibebant.

De cultu Sacrarum Imaginum. 60.

Omniem Imaginum cultum ut
idololatrium et illicitum rejecerunt, pro-
ut sup. S. 1^o annotavimus, proter Judaeos
et Mahumetanos, Manichaei, Marcioni-
tae, Eutyphiani, Theopaschite, sed impri-
mis saeculo octavo Leo Isaurus Orientis
Imperator. Saeculo duodecimo Valdenses,
Petrobrusiani, Henriciani, et Albigen-

444 les, et tandem Saulo 10^{to} Lutherani et Calvi-
nista. Quos omnes una cum errore suo dam-
navit Ecclesia. unda ponitur cum ea
61. Conclusio.

Col. 7p. 39.

Prins ac licitus est Imaginum cul-
tus, nec idololatria inveniendus.

Prob. 1^o Auctoritate Scripturae.
Quamvis enim Deus Judaico populo crasso
et ad idololatriam proclivi omne Simula-
crum prohibuisset; attamen Exod. 25. Duo
Cherubim Super Arcam ponuntur, et
procul dubio in honore aliquo habeban-
tur ab eis, qui prout Arcam adorabant.
Et verò ~~quod hoc~~ Cheru-
bimi ad Arcae latera positi, imagines
erant Angelorum, idque Judaeis notum
erat. Atqui Cherubinis istis cultus à
Judaeis exhibebatur; alio enim modo
quam res profanae apud eos habebantur.
Ergo cum rebus profanis, saltem si sint
aliquius dignitatis, deferatur honor civi-
lis, laus deferri debet religiosus, hoc
est, à virtute Religionis imperatus.

Num. 21. v. 9. Serpens aeneus eri-
gitur, ut qui cum aspexissent, à serpen-
tibus vulnerati sanarentur. Atqui talis
aspectus, utique venerationem et cultum
aliquem religionum connotabat. Ergo.

Quantò etiam honore ac cultu
à Judaeis Arca Domini honorata fuerit,
nemo nescit. Deut. 10. v. 8. Separavit Moy-
ses Tribum Levi, ut portaret Arcam Domi-
ni. Josue 3. v. 4. Dum Arca portaretur,
Cavete, aiebat Josue, ne appropinquetis
ad Arcam. Ibid. c. 4. v. 6. Josue promissit
cidit in terram coram Arcâ Domini usque
ad vesperam, tam ipse, quam omnes Senes

445.

Israël. 1. Reg. 6. v. 19. Perussit Deus de
vis Bethsamitis, eoque vidissent Arcam
Domini. Et lib. 2. Reg. c. 6. v. 7. Cum
Oza manum suam ad Arcam, ne forte ca-
deret, extendisset, perussus est a Domino
hyper temeritate sua. Ibidem narra-
tur, quam insigni pompa David in civi-
tatem Dion Arcam induerit. Atqui Ar-
ca haec, quam summo cultu ac reverentia
Judaei venerabantur, non erat nisi opus
ex lignis manufactum. Ergo non ex-
hibuitur est, nec idololatriae arguendus
cultus, qui rebus inanimatis et fictis im-
penditur propter exemplar, quod referre-
sunt, et ad quod referuntur.

Denique Jidem Judaei ad Dei no-
men, externa venerationis signa exhibe-
bant. Paulus etiam monet Philipp. 2.
v. 10. ut quisque, auditō Jezu nomine, in
genua proumbat. Atqui ideo Judaei,
auditō Dei nomine, exhibebant externa
venerationis signa; ideo Christiani ad
Jezu nomen genua flectunt, quod Dei
et Jezu nomina, sicut Dei et Jezu imagi-
nes, non quidem permanentes, ut sunt
figure in tabellis depictae, sed transeun-
tes. Ergo pius et licitus est, nec idolo-
latriae inuisandus religiosus Imaginum
cultus.

Prob. 2. Idē Ecclesia Traditione
et usu antiquo, qui Ecclesia in liber-
tatem vindicata coepit esse communis,
hoc est, a quarto saeculo usque ad praesens
tempus, cum prius non tam frequens fuisset.
In Oriente S. Basilus, Oratione ~~obit~~ an. 378.
in Sanctum Barlaam Martyrem ait, gau-
dere se, quod Pictores feliciter penicillo suo;

446. quam ipsemet oratione manuum Martyris pro Christo combustam expresserint. Et Ep. ad Julianum Apostatam. Caracteres imaginum eorum / Apostolorum et Martyrum / honore et ardore, inquit, praecipue cum hoc traditum à Sanctis Apostolis, et non prohibitum sit.

Obiit an. 393.

Ep. p. 40.

* Solet enim, ait, pictura tacens in pariete loqui maximèque pro-
dese.

* Historiam suam prosequitur us-
que ad initium
Sauli & ti fi-
nem scribendi
faciens, quo tem-
pore Theodosius
junior Valenti-
niano juniori
Romani Imperii
Sceptra tradidit,
qui an. 427. to-
tius Italiae Im-
perator renun-
tiatus est.

Ejus frater S. Gregorius Nyssenus, Ora-
tione de Filii et Spiritus Sancti Divinitate,
dicit se moveri ad lacrymas, dum conspiciit
Isaac in picturâ stantem sub gladio patris.

Et oratione in S. Theodorum, laudat picto-
rem, qui labores S. Martyris oculis exhibet.*

Eusebius Caesariensis, lib. 7. Hist. c. 18.
testatur se vidisse Christi Statuam, quam
mulier à profluvio sanguinis per ipsum libera-
ta, ut Evangelista referunt, in memoriam
accepti beneficii creverat.

Abdit Phi-
lostorgius Arianns Eunomianus*, lib. 7. Hist.
c. 3. herbam ad pedes hujus Statuae erantam

adversus morbos omnes, praecipue vero adver-
sus tabem efficacissimum fuisse remedium,
Statuam vero in templum fuisse translata,
ubi ei competens observantia deferabatur, et
quam spectandi causa cupidi multi adventa-
rent, amorem ipsius Archetypi declarantes.

Eam postmodum regnante Juliano Aposta-
ta, gentilium furore per urbem circum-
ligatis ad pedes funibus, tractam fuisse,
Christianis humimè dolentibus.

Idem Eusebius, lib. 3. De vita Cons-
tantini, c. 49. navat, tantum divini numi-
nis amorem in eo Convulso fuisse, ut in to-
tius Palatii eminentissimo arculo, in maxi-
mâ tabulâ, qua in medio Caenaris inaura-
ti expansa est, signum dominica passionis ex
auro pretiosisque lapidibus elaboratum in-
fixerit; atque hoc tanquam presidium ac
tutelam Imperii principum Principem Sta-
tuisset. Eodem quoque libro memorat, in

Templis à Constantinô extructis in Palæsti- 447.
nâ multam fuisse imaginum aurearum
et argentearum copiam.

Sozomenus*, lib. 4. Hist. c. 20. scribit Historiam suam ab
bit Statuam Christi, quam eraxerat Syro- an. 324. usque ad
phoenissa, in Templum à Christianis religio- an. 439. perducit.
se introductam fuisse, en Eusebio loc. cit. mortuus fectus an. 480.

S. Chrysostomus*, Hom. 45. ad po- * obiit an. 407.
pulum, testatur neminem esse, qui non
ambiat Sancti Meletii imaginem.

S. Asterius Amaseo in Bonto Epis-
copus*, in Sermone de S. Euphemia scribit * floruit sub finem
adejus loculum appensam fuisse tabulam Seuuli quarti.
que Sancte martirium ad vivum adumba-
ret: Pitor vero, ait, etiam ipse religiose
per artem suam totam pro viribus in linteis
designatam historiam ibidem juxta the-
cam sacram appendit, ac proposuit, pec-
taulum.

Theodoretus*, in Historia Religio- * obiit an. 460.
sâ refert, effigiem Sancti Simeonis Stili-
ta ubique haberi ad presidium.

In Occidente, S. Ambrosius*, Ep. 53. * obiit an. 397.
meminit pictura S. Pauli Apostoli. Et in
oratione de obitu Theodosii, Sapienter, in-
quit, Helena egit, que crucem Christi in ca-
pite Regum levavit, et locavit, ut crux Chris-
ti in Regibus adoretur.

S. Hieronymus*, in vita Paula, ait * obiit an. 420.
illam ante crucem Christi prostratam ado-
rasse, quasi pendentem in eâ Christum vi-
disset. Et Ep. 44. alias 17. qua est Paula
et Eustochii ad Marcellam: Venerabantur,
inquit, quondam Iudei Sancta Sancto-
rum, quia ibi erant Cherubim, et Propitia-
torium, et Arca Testamenti.... Nonne ve-
rabilibus tibi videtur Sepulchrum Domini?

S. Augustinus*, lib. 3. de Trinitate
c. 10. loquens de sacris signis, quales sunt ima-
gines, litteræ, et sacramenta: Sed quia,

Martyris pro
ent. Et Ep. ad Ju-
tyrim. / honorat
um hoc traditum
prohibetur. Et
ous / Myseus, in
Sancti Divinitat
s, dum conquis
in sub gladio per
um, laudat. Et
tyris oculis cal
ensis, lib. 7.
ti Statuam
imis per igne
runt, in ma
rat. Et
minianus, in
jus Statuam
prosequitur
um fuisse
in fuisse
tia de
ubi multi ad
lypi laborant
te Juliano
er ubi
tratum fuisse

448. inquit, haec hominibus nota sunt, quia perhos-
tines fiunt, honorem tanquam religiosa pos-
sunt habere, stuporem tanquam mira non
possunt. Et lib. de moribus Eusebiae, c. 75.
conqueritur, abusus ineptissime in Imaginum
venerationem.

m ~~S. Paulinus~~ obit
an. 431.
Sulpitius vero 420.

S. Paulinus et Severus Sulpitius
suas Basilicas picturis exornaverant, ex
Epistola 12. m. ejundem Paulini, qui et Ep. 11.
testatur, Christi crucem, ubi reposita fuit,
statim ubique colicosisse.

n ~~Scriptum~~ Dialogum
suum circa an.
548.

Rusticus Diaconus*, Dialogo contra
Acephalos: Crucis, inquit, quibus confixus
est Christus, et lignum venerabilis crucis,
omnis per totum mundum Ecclesia absque
ulla contradictione adorat. Bona
qua huc à Patribus de S. Crucis, Clavorum,
et Sepulchri Domini cultu et adoratione
dicuntur, ad Sacramentum aliarum Imagi-
num venerationem aptari possunt, pro
ut patet, ne non de his diu querunt.

90 ~~Sanctus~~ obit an. 604.

Sanctus denique Gregorius Magnus*,
lib. 9. Epist. Inditione 2. Ep. 52. ad Secundi-
num, mittens ei Imaginem Christi, quam
ille petierat, Suis, inquit, quod Imaginem
Servatoris nostri non ideo petis, ut quasi De-
um colas, sed ob recordationem filii Dei in
ejus amore recalescas, cujus tu imaginem
videre desideras. Et nos quidem, non quasi
ante divinitatem ante illam prosterni-
mur, sed illum adoramus, qui per imagi-
nem, aut natum, aut passum, sed et in thro-
no sedentem recordamur.

Prob. 3^{to} Decretis Conciliorum
generalium VII. VIII. et tandem Triden-
tini. Concilium Nicaenum II. Oecumenicum
VII. ex professo contra Iconomachos pro ul-
tra et honore Imaginum an. 787. convoca-

tum, Act. 7. in Definitione fidei sic pronun-^{449.}
triat: Sequentes Divinitus inspiratum Sancto-
rum Patrum nostrorum magisterium, et
Catholica traditionem Ecclesie pnam Spiri-
tus Sancti hanc esse novimus, qui nimirum
in ipsa inhabitat; Definimus in omni certi-
tudine et diligentia, sicut figuram pretio-
sa ac vivifica crucis, ita venerabiles et sanc-
tas imagines proponendas, tam qua de
coloribus et tessellis, quam qua ex alia ma-
teria congruenter in Sanctis Dei Ecclesiis,
et sacris vasis et vestibus, et in parietibus
ac tabulis, domibus et viis: tam videlicet
imaginem Domini Dei et Salvatoris nos-
tri Jesu Christi, quam intemerata Domi-
no nostra Sancta Dei genitricis, honora-
biliumque Angelorum, et omnium Sanc-
torum, simul et aliorum virorum. Inan-
tem enim frequentius per imaginalem for-
mationem videntur, tanto qui eos contem-
plantur, alacrius eriguntur ad primitivo-
rum earum memoriam et desiderium, et
his otuelum et honorariam adorationem
tribuendam; non tamen ad veram latram,
que secundum fidem est, quaque solam na-
turam Divinam docet, impetendam....
Imaginem enim honor ad primitivum tran-
sit; et qui adorat imaginem, adorat in ea
depicti substantiam....

Concilium Constantinopolitanum
IV. Oecumenicum VIII. an. 869. celebratum,
act. 10. Can. 3. De cultu Imaginum Decernit
his verbis: Sacram Domini nostri effigiem
eandem qua Sancta Evangelia veneratione
colendam statuimus. Ut omnes per Sylla-
bas in Evangelio scriptas salutem consequ-
untur omnes, ita per imagines arte colori-
busque pietas et expressas docti iuxta ac
indocti ex objecta re utilitatem capiunt.

450. Quasunque enim in Syllabis oratio, hoc inco-
loribus pictura docet et representat. Ergo
quicumque Christi Salvatoris imaginem
non adorat, is in secundo Christi adventu
non videat ipsius faciem. Eadem ratione
intemeratae genitricis illius effigiem, San-
torumque Angelorum, quemadmodum
illos sacrarum litterarum pagina descri-
bunt, ac Sanctorum omnium veneramus
et colimus. Qui aliter sentiunt, anathe-
ma sunt.

Denique Concilium Tridentinum
aliorum vestigiis inherens, fidem Ecclesiae
nitide exponit Sess. 25. Imagines Christi,
ait, Deiparae, et aliorum Sanctorum in
Templis praesertim habendas et retinendas,
eisque debitum honorem et reverentiam
impertendam: non quod credatur in se
aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter
quam sint colenda; vel quod ab iis sit ali-
quid petendum, vel quod fiducia sit in ima-
ginibus figenda, veluti olim fiebat a
gentibus, quae in Idolis spem suam collo-
cabant; sed quoniam honos, qui eis ex-
hibetur, refertur ad prototypa, quae illae
representant; ita ut per imagines, quas
osulamur, et coram quibus caput aperi-
mus, et procumbimus, Christum adore-
mus, et Santos, quorum illae similitudi-
nem gerunt, veneremur. Id quod Conci-
liorum, praesertim vero secunda Nicaena Sy-
nodi, decretis contra Imaginum impugna-
tores est sanctum.

Prob. 4^{to} Ratione. 1^o Quia imagi-
num cultus nihil in se continet, quod sit in-
trinsecè ac per se malum. Non enim, ut ait
Concilium Trid. non laudatum, aliquam

in illis aut divinitatem, aut virtutem agnos- 451.

cimus: in illis spem nullam aut confiden-
tiam ponimus; sed propter exemplaria, quae
representant, eas honoramus; per illas ad
nostro in Christum amorem et grati ani-
mi sensum propter tot beneficia, quibus
nos cumulavit, significandum excitamus;
proclara Sanctorum facta in memoriam
revocamus, et ad eorum imitationem
aueudimur.

2^o. Quia proinde cul-
tus iste licitus est, cum neque lege natu-
rali, utpote nullam, ut dictum, in se ma-
litiā continens; neque lege positivā,
quippe nulla saltem in novo Testamento
entat eum prohibens, vetitus sit. 3^o.

Quia honestum est, personam honorabi-
lem honorare non solum in se, sed etiam
in imagine. Nam eo ipso quod persona
honorabilis sit, digna est, quae honoretur
non solum in se, sed etiam in is, quae
specialem habent cum eā habitudinem
vel conjunctionem, ut naturali lumine
patet. Certe Imperatorum Imaginibus
civilem cultum exhiberi, nemo ignorat:
quidnā ergo et Imaginibus Christi, B. Vir-
ginis, et aliorum Sanctorum cultus aliquis
impertiat? non laetitia quidem, nec eti-
am mere civilis, sed inter utrumque qua-
si medius, qui, ob excellentiam et merita eo-
rum, religiosus dicitur, atque ad religio- 4 quos representat,
nem pertinet.

Solvuntur Objectiones. 62.

Ob. 1^o. Dent. 5. v. 8. Deus expresse
prohibet ne ullum fiat Sulptile, Non fa-
cies tibi Sulptile, nec similitudinem auni-
um, quae in Caelo sunt Desuper, et quae in
terā Deorum, et quae versantur in aquis
Sub terrā. Idem habetur Exod. 20. v. 4. Ergo p.

Resp. neg. cons. Ad textum duplex est
nostrorum Theologorum interpretatio.
1^a Quod ibi prohibeatur omne sculptile, ut
adoretur; statim enim sacer contextus ad-
dit: Non adorabis ea, et non coles, Ego enim
sum Dominus Deus tuus: Deus emulator. Hæc
lege Deus premunire vult Judæos adversus
insanam Gentium idololatriam, de quibus
Apostolus Rom. i. v. 23. ait: Mutaverunt glo-
riam incorruptibilis Dei in similitudinem
imaginis corruptibilis hominis, et volu-
crum, et quadrupedum et serpentium...
Citatis itaque Enodi et Deuteronomii ver-
bis idololatria prohibetur, seu cultus
imaginum aut simulacrorum, que vel
pro Diis habentur, vel in quibus tanquam
Dii coluntur, qui re ipsa Dii non sunt; vel
denique in quibus numinis aliquid aut di-
vine virtutis latere creditur. Porro istud
nihil commune habet cum nostrâ Catholi-
câ de cultu imaginum doctrinâ.

2^a Interpretatio est, hæc ponti-
câ lege Judæis omnino interdictum fuisse
omnem imaginum, simulacrorum ac sculp-
tilium usum, ob imminens scilicet idolola-
trici periculum, ad quam rudis ille populus,
et ex se proclivis erat, et commercio atque
exemplo Gentium pertrahi facile pote-
rat. Lex vero idâ positiva ad tempus fuit,
non perpetua; extant enim apud Judæos
probata simulacrorum exempla Arce, Che-
rubinorum, serpentis enei; eâ igitur le-
ge non magis jam obstricti sumus, quam
lege abstinendi a sanguine et suffocato,
que ad tempus Iuxta ab Apostoli lata
fuit, non perpetuo duratura.

Ob. 2^o Concilium Eliberitanum can.
36. ait: plauit, picturas in Ecclesia esse non

Q. 3 p. 405.

Debere; ne quod colitur et adoratur, in pa-^{453.}
rietibus depingatur. Ergo.

Resp. neg. cons. Variæ sunt hujus
Eliberitani Canonis interpretationes. 1^a
Hoc canone rejectas esse imagines pictas,
non sculptas, propter idololatriæ metum,
ut de Salvatore in formâ Jovis picto nar-
rat Nicephorus, lib. 19. c. 23. 2^a Ne im-
minente persecutione Christiani aufere eas
seum, aut occultare non possent, et ita
Judæis et Saracenis ludibrio essent. Ita San-
derus, lib. 2. c. 4. de cultu Imag. 3^a Ne
picturae facile deformarentur parietum cons-
titis dejectis, et inde, amissâ venerabili formâ,
potius contemptui essent, quam venera-
tioni. 4^a Propter periculum idolola-
triæ, quod his temporibus fortè immine-
bat. 5^a Pro temporum varietate, varia
esse Ecclesiæ circa disciplinam statuta. 6^a
Denique, hoc canone vetari duntaxat Deum
in parietibus depingi, ne scilicet, quem
gentibus et Cathecumenis immensum om-
nipotentem, invisibilem, æternum, incom-
prehensibilem, spiritualem, corporis et ma-
terie expertem et immunem predicarent,
cum ipsi gentiles et Cathecumeni in ipso-
rum Ecclesiis lineis et coloribus circumscrip-
tum et comprehensum cernerent. Ne igitur
divini numinis majestas minueretur,
et aliud de Deo pingeretur, quam præ-
dicarent, et quem supra homines extolle-
rent humanâ specie depictum oculis ob-
jicerent; vetant hi Patres, ne in Ecclesiis
Dei imagines suspendantur: hæc autem
ad Sanctorum imagines nullatenus peti-
nere, proinde citatò Canone à Patribus
Eliberitanis nequiquam fuisse rejectas.

Verum quidquid sit, certum est Variam fuisse olim primumque Ecclesie seculis circa pingendas Dei et Trinitatis, necnon Christi et Sanctorum Imagines disciplinam, pro variis scilicet temporum, locorum, ac personarum circumstantiis. Equidem pri-

mis illis Ecclesie seculis fuit aliquis imaginum usus, prout patet ex his, quae supra pag. 446. Ex Eusebio, Philostorgio et Sozomeno retulimus, ubi insuper Eusebius commemorat pictas effigies Christi Domini et Apostolorum Petri et Pauli, quas ad hanc usque aetatem servatas se vidisse asserit. Tempore item

* obiit an. 216.

* lib. de pudicitia

* celebratum dicitur an. 308.

Tertuliani antiquus mos erat suspendi Christum in calicibus sub specie Pastoris ovem errantem in ovile reportantem. Dumque Concilium Eliberitanum Imagines in Ecclesiis esse vetat, easantem in Templis pingi solitas fuisse prodit.

Usum autem illum eorum fuisse in temporibus, probatur auctoritate illius

Scriptorum. S. Clemens Alexandri-

mus, lib. 5. Stromat. sic scribit: Moses multis ante seculis aperte legem sanxit, nullum oportere sculptile vel pictam imaginem. In

eodem argumento sunt Tertulianus, lib. de Spectaculis, c. 23. et Origenes, lib. 7. cont.

Celsum; concluduntque aeternam pingendi Christianis ut et Judaeis interdictam, ille lib. de Idololatria, contra Hermogenem, c. 10. hic lib. 4. cont. Celsum. Ratio autem, quae Veteres movere debuit, ne imagines pingere-

rent, haec fuit. Colligenda nimirum erat Ecclesia Christiana ex Judaeis et Gentilibus,

justa illud Ephes. 2. v. 14. 15. et 16. Medium parietem maceria solvens, inimicitias in carne sua.... ut duos condat in semetipso.... et reconciliet ambos in uno corpore. At

obiit an. 220.

* obiit an. 216.

* obiit an. 254.

anteli hinc;
in maxime de
de scriptis
fuerunt; h
tinerunt
pro peccatis
traditione
que effigies
contra pan
in imagin
viamus, A
serunt Jul
legis mand
laboratis et
imaginibus
fuisse.
horum ubi
videns aut
laborare bo
colant J
Eo am
tant Sancti
spanius,
habere ima
plari defun
tabant, et
antur.
Unde,
in Ecclesia
Trinitatis,
um Imagin
et Trinita
viculum,
pendere et
is Deum cor
ant hujus
tis, Imagin

455.
Apostoli hinc Judaeos à Religione Christiana
maximè deterruissent, si contra legem
ipsis praescriptam imagines colendas pro-
posuissent; si enim tot labores et pugnas
sustinerent, ut Neophytos à ceremonia-
libus praecipuis avellerent, profecto sine
contradictione non perfecissent id, quod
longè difficilissimum erat, ut nempe Judae-
os contra praescriptum veteris Legis ad cul-
tum Imaginum adducerent. Superest ergo,
ut dicamus, Apostolos, sicut ad tempus in-
dulserunt Judaeis servare nonnulla vete-
ris Legis mandata, qualis est abstinencia
à suffocatis et sanguine, ab Idolotytis; sic
de Imaginibus pingendis aut colendis pro-
hibuisse. Inde gentiles à cultu
Idolorum ubique recepto erant revocan-
di: evidens autem periculum erat, ne homi-
nes adorare soliti simulacra, simili-
trina colerent Imagines Christi et Sancto-
rum. Es animò affectos fuisse Quosdam,
notant Sanctus Irenaeus, lib. i. c. 24. et
S. Epiphanius, lib. De heres. factabant illi,
se habere Imagines Christi à Pilati ex-
Templari defumptas, quas summo per se oc-
cultabant, et Gentilium more venera-
bantur.

Unde, prout dictum, varia fuit
olim Ecclesiarum circa pingendas Dei
et Trinitatis, necnon Christi et Sancto-
rum Imagines disciplina. Quoad
Dei et Trinitatis Imagines, quosdam fuit
periculum, ne aut latro cultus illis
impendere, aut injiceretur suspi-
cio Deum corporeum esse, prohibita
sunt hujusmodi depicta Dei et Trini-
tatis Imagines. Eas improbarunt

456. Testudianus, lib. de Spectaculis, c. 23. Clemens
Alexandrinus, lib. 6. Strom. Origenes, lib. 8.
contra Celsum supra citati. Minutius fe-
lix, in Dial. Lactantius, lib. 2. Institut. c. 2.
S. Augustinus, lib. de Fide et Symbolo, c. 7.
Nefas est Christiano, inquit, Simulacrum
Deo collocare in Templo. Eas vero aliquando
probavit, aut saltem toleravit Ecclesia,
cum passa est, Patrem Divinum sub specie
Senis, Spiritum Sanctum sub figura colum-
be delineari. Amphilocho¹ teste*, S. Basi-
lius columnas Spiritum Sanctum repræsen-
tantes suspensas habuit. S. Paulinus*,
in Basilica S. Felicii Trinitatis imagi-
nem depingi permisit. In libello Sup-
plicii seu Deprecatione Clericorum et Mo-
nachorum Antiochensium, contra Seve-
rum Eutychianorum Acephalorum Ducem*,
quam referunt Patres Nicæna Synodi II.
act. 5. referunt, hæc leguntur: Neque
ipsis Sanctis Altaribus vel Lavatis vasis pa-
perit; illa quidem evadens ut Celesta,
hæc autem conflans et erogans his, qui simi-
lis moris sunt. Corro præsumptum est ab
eo etiam hoc, o beatissimi: eas enim, que
in tyrum Sancti Spiritus sunt, aurea et ar-
gentea columba suspensa supra Divina Sa-
cramenta et Altaria, sacros fontes et lava-
Tora: cum aliis defraudabat, dicens non
oportere columbas nominari Spiritum
Sanctum.

* obiit an. 394.

* obiit an. 431.

* circa an. 518.

Col. p. 45

Quantum ad Christi et Sanctorum
Imagines, usum idarum periculosis tem-
poribus idis aliubi fuisse interdictum
patet tum ex citato Canone Concilii Eli-
beritani, qui de omnibus omnino imagi-
nibus loqui videtur; tum ex Epistola Eu-

Lebii Casariensis ad Constantiam, in Synodo^{457.}
VII. act. 6. admissa, in qua negat se votis
ejus, quibus peteret Christi imaginem, satis-
facere posse, cum Christus constet duplici na-
tura, divina scilicet, que omnibus ignota
est, et humana, que ex mortuis et inani-
matis coloribus non possit adumbrari, tota
jam in deitatis gloriam absorpta; tum
ex Epistola S. Epiphani^{*} ad Joannem Jeroso-
lymitanum, in qua narrat se, cum iter
faceret per ejus diocesim, commotum fuisse,
quod in quodam Oratorio imaginem Chris-
ti, vel alicujus Sancti^{*}, in velo expanso de-
pictam vidisset, addit se velum lacrosse,
rogatque Joannem, ut vigilet contra hunc
usum, quem contra Scripturae autorita-
tem pugnavit contendit. Hanc Episto-
lam Supposititiam putat S. Joannes Da-
masenus: eam tamen integram refert
S. Hieronymus Ep. 101.

Ironomachi in Synodo VII. Duo
loca ex alia S. Epiphani ad Theodosium Im-
peratorem Epistola act. 6. protulerunt,
ubi scribit, se multis egisse cum Chorepis-
copis suis, ne imagines induerent sive
in Ecclesias et Sanctorum coemeteria, sive
in domum communem: sed, inquit, non
solum receptus ab his, neque audire vocem
meam paululum populi sunt. verum et hanc
falso esse adscriptam ab Ironomachis Epi-
phanis tuerentur Patres dicta Synodi VII.
ibid. Quod si tamen verum esset, eas
esse S. Epiphani, nihil tamen aliud inde
erui potest, nisi quod usus imaginum
S. Epiphani, cum ceteris placeret, proba-
tus non fuerit, atque in Ecclesia illa,

Scribit Epiphanius,
an. 403.

Non memini, in-
quit, cujus imago
fuerit.

aulis, c. 23. Origenes, lib. 8.
ati. Monumentis
lib. 2. Justit. c. 2.
De et Symbolo, c. 1.
quit, Simulacrum
Eas vero etiam
toleravit Ecclesia
in divinum
tum sub figuris
liberis teste
ium Sanctorum
buit. S. Pau-
is Trinitatis
sit. In
me (Circum-
ensium, con-
m Acephalona
ies Nona. Syn-
de leguntur: De
bus vel laudis
on evadens ut
et evagans his
sua sumptum
Epiphani casem
tis sunt quae et
osa supra divina
Sacrosanctis
dabat, dicens non
ominari Spiritu

Christi et Sanctorum
non periculosa
huisse interdictionem
Conone Amalici
deus omnino imago
tum ex Epistola

458. cui praeerat Epiphanius, adhuc viguerit in tem-
poribus disciplina, quae licet tunc in plu-
ribus aliis abrogata, jam fuisset, per mul-
tum tamen temporis spatium, hoc est per
tria priora saecula, servata perseverantione,
in aliquibus Ecclesiis obtinuerat. adeoque
sententiam S. Epiphanius idâ estate fuisse
singularem, nec proinde contraria pro-
ferendam, quae, ipso Epiphanius teste, tum
communis erat inter Episcopos; ac denique
omni tandem depulso periculo, et populo
Christiano bene informato, ubique obtinuit.
unde ex his S. Epiphanius testimoniis peti non
potest argumentum contra hodiernam pra-
xim de collocandis in Templo Sanctorum
imaginibus: nimirum absque fidei et
morum periculo disciplina vetus in novam
aliam, rationibus veteris disciplinae non
amplius stantibus, mutari potest.

64. Ob. 3.º Plurimorum Patrum testi-
monia. S. Irenaeus, lib. 1. c. 24. ponit inter
hereses Carpocratias, quod coleret imaginem
Christi et Pauli.

Tertullianus, lib. de Idololatria, c. 3.
invehitur in auctores seu artifices Statua-
rum et imaginum, quos diabolus, inquit, sa-
culo intravit.

Origenes, lib. 4.º contra Celsum, ait,
nudum apud Iudeos pictorem admissum fuisse
nudum Statuarium.

S. Epiphanius, haeres. 79. ait, Hereti-
cos esse, qui imaginem B. Virginis circumfe-
runt, et colunt.

Ob. 4.º

Resp. omisso, quod memorati
Patres, iuxta eam, quae tum ob idolola-
triae periculum, prout primum annotavi-
mus, in ipsorum Ecclesiis circa saecula

gines vigebat, disciplinam locuti fuisse vide- 459.
antur, is Istantat. Imaginum cultus ab ipis
reprobatur, qui vel Superstitiosus, vel ad mo-
rem et usum Gentilium effusus est ac favens
idololatriæ; vel insolitus, qui Christianis
offensioni ac Scandalo propter Gentiles esse
poterat; non vero cultum legitimum, cer-
tis legibus ac limitibus adstrictum, qualem
Ecclesia agnosuit, ac nos tuemur.

S. Irenæus Carpocratem non idcirco
rearguit, quod Imaginem Christi haberet, sed
eam ipso eodemque modo coleret, quo genti-
les idola colunt, nimirum sacrificiis; ut cla-
rius exponunt S. Epiphanius heresi 27, et
Augustinus heresi 7. Accedit, quod Hæ-
reticus ille Imaginem Christi et Pauli co-
dem loco haberet, quo Imagines Homeri,
Pythagoræ, Platonis et Aristotelis.

Tertullianus manifestè agit contra
Idololatrias, qui Imagines tanquam Deos,
aut Deo plenas, infando cultu adorabant;
et cum animi feruidioris esset, contra ipsam
met artem Sculptorum ac pictorum ve-
hementer invehitur. Sed hæc ad nos non
pertinent.

Idem plane Sensus est Origenis et
Clementis Alexandrini supra citati.

S. Epiphanius pomisso, quod hæc de
re peculiarem, prout primum advertimus,
scitatus sit opinionem; similiter heresi
79. reprehendit Colyridianos, non quod
Imaginem B. Virginis, et ipsam Virginem
honorarent, sed quod eam pro Dea habe-
rent, eique offerrent sacrificium, quod
uni Deo debetur.

Ob. 4^{to}. S. Ambrosius de obitu Theo- 65.
dosii ait, Helenam Concem Domini invenisse,
Regem adorasse, nonignum utique, qui

460 est error gentilium. Sic etiam loquitur
S. Hieronymus in c. 3. Danielis: ubi, Cultores
Dei, inquit, eam / Statuam / adorare non
debent. Et S. Augustinus, lib. i. de
moribus Ecclesiae Catholicae, c. 34. Nolite, in-
quit, consecrari turbas imperitorum, qui
vel in ipsa vera Religione Superstitiosi sunt
vel ita libidinibus dediti, ut obliti sint, quid
quid promiserint Deo. Novi multos esse se-
pulchrorum et picturarum adoratores.

Denique S. Gregorius Magnus in duabus
ad Serenum Episcopum Massiliensem Episto-
lis reprehendit eum, quod Imagines fre-
gisset; laudat vero, quod eas adorari non
permississet, quae ad historiam duntaxat,
ad memoriam, et doctrinam populi, non
ad cultum positae sunt.

Resp. ad 1. S. Ambrosium loquitur de
adoratione, quae similis est ei, quae idolis
à gentilibus exhibebatur: hoc est, S. Doctor
scripsit, Helenam non adorasse lignum, aut
credendo, quod in eo esset aliqua divinitas,
aut suum affectum in ligno collocando, sed
ita, ut deosculans cruce[m], ac coram ea pro-
cumbens, internum servitutis affectum,
ad Christum direxerit.

Ad 2. S. Hieronymus loquitur de
eis, qui Statuas Imperatorum, quos probris
habebant, divinis honoribus afficiebant;
arguit enim eos, qui id faciunt, quod tres
pueri facere recusarunt in Babylone.

Ad 3. S. Augustinus eo loci de iis
non agit qui tumulos Martyrum, et
picturas Sanctorum colebant: sed de iis, qui
ad quorumcunque hominum sive tumulos,
sive picturas, festa convivis, aliisque la-
titia demonstrationibus celebrare vide-

bantur. Hos autem arguit S. Augustinus, quod 461.
idei prophanorum hominum cultus religionis
Christiana moribus repugnet.

Ad 4^{um} S. Gregorius citatis ad Scere-
num Epistolis, eam solam damnat, et ab ima-
ginibus excludit adorationem, quam im-
periti aliqui nimio zelo accensi, incom-
petenter et inconsiderate eis impende-
bant; quo abusu in extremam partem
adversus Severum, iusserat imagines illas
à Templis tolli et frangi.

Col 9 p. 49.

Ob. 5^{to} Duo Concilia Constanti- 66.
nopoli coacta unum sub Leone Isauro,
an. 726. alterum sub Constantino Coponi-
mo an. 754. Definierunt, cultum imagi-
num esse illicitum. Ergo.

Resp. neg. cons. Quia illa Concilia
provisi illegitima seu potius Conciliabula
fuerunt. Nam Summus Pontifex nec per
se, nec per suos Legatos illis interfuit et
praesedit, nec ab ullo Summo Pontifice
confirmata sunt, imò primum à Grego-
rio II. alterum à Stephano II. reprobatum
fuit, teste Adriano I. in Ep. ad Constanti-
num et Irenem, et à tribus simul Orienta-
libus Patriarchis Alexandrino, Antiocheno
et Ierosolymitano, tandem postmodum
ab universà Ecclesià in Concilio Oecumeni-
co VII. Definere igitur his Conciliis seu potius
Conciliabulis requisita conditiones, Legi-
tima convocatio, Romani Pontificis con-
sensus et auctoritas, atque approbatio.
unde illorum nulla est auctoritas.

Ob. 6^{to} Libri Carolini, seu opus sub 67.
Caroli magni nomine in quatuor libros dis-
tinctum, et contra Definitionem Concilii
Nicieni II. seu Oecumenici VII. exaratum, quo-
rum Selecta Capita ipse Carolus Magnus nescit

462. ad Adrianum I. Summum Pontificem.

Resp. Hos libros et similes melius esse auctoritatis, et omnino rejiciendos, cum errorem ab Ecclesia damnatum contineant. Eos porro Adrianus I. Papa, cui Imperator Carolus, prout memorati libri loquuntur, omnia in contenta subjecerat, hunc judicium improbatum. Ajunt proterea fictos esse hos libros, nec Caroli magis jussu enaratos, sed ab ignoto quodam autore prolatos.

68.

68. 7^{mo} Concilium Francofordiense an. 794. celebratum Nicenum II. et cultum imaginum reprobavit, nam sic ait, can. 2. Allata est in medium questio de nova Graecorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt, in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus Sanctorum, ita ut Deificae Trinitati, Servitium aut adorationem non impenderent, anathema judicarentur. Qui supra Sanctissimi Patres nostri omnimodis adorationem et servitium venientes contempserunt, atque consentientes damnaverunt.

Ergo p.

Resp. Quidquid sit de mente Concilii Francofordiense, neg. cons. Quia idud Concilium non fuit generale, nec approbatum ab Ecclesia Romana. Quod si re vera omnem cultum imaginum repudiavit, erravit. Nam Concilium Nicenum II. est vere Oecumenicum, cum ei interfuerint proter Orientis Episcopos, Legati Adriani I. cum Patriarcha Constantinopolitano, et Legatis aliorum Patriarcharum, et a Leone III. Adriani in Sede Romana suscepto re confirmatum sit, atque a tota Ecclesia receptum.

Verum quia circa mentem Synodi 463.
Francofordiensis varia sunt Sententia, ju-
vat exponere, quid haec de re verifimiliter vi-
deatur. Patres igitur Francofordienses,
omisso, quod in tanta ignorantia versati fue-
runt, quantum ad Synodum VII. ut vel quo
loco celebrata fuisset, nesciverint, Ad data
est, inquit, in medium questio de nova
graecorum Synodo, quam de adorandis imagi-
nibus Constantinopoli fecerunt; Nicaea enim
non Constantinopoli celebrata fuit haec
graecorum Synodus. Hoc, inquam, om-
miso, boni Patres isti erraverunt errore
juris et facti circa definitionem Concilii
Nicaeni II. errore quidem juris, nam om-
nem laeorum cultum imaginum rejce-
runt, ut colligitur tum ex his verbis Cano-
nis 2. omnimodis adorationem remen-
tes contempserunt, atque damnaverunt;
tum quia /: ut ex libris Carolinis, Hincma-
ro, Adone, Anastasio, et aliis, atque
ex conventu Parisiensi sub Ludovico 6^{to}
an. 824. convocato constat; Franci tunc
temporis omnem cultum laevis imagini-
bus recusarunt, quamvis eas in Templis
retinerent, et cuem ac Evangeliorum
Librum venerarentur, in quo tibi non
constabant, nam crux depicta vel sculpta,
aut argentea nil aliud est, quam imago
vere crucis.

Erraverunt etiam errore facti
circa Synodum VII. putando eam declarasse
cultum laetis absolute, quo soli Deo de-
betur, exhibendum esse imaginibus, ut
patet ex verbis Canonis 2. supra relatis. Hoc
autem de Synodo Nicaena existimasse vi-
dentur, eo quod in Actis illius Synodi con-

Col. 48.

464. *Sapientia Constantini Cypri Episcopi, qua act. 3. habetur, perversè de Græcò Sermone in Latinum translata fuisse; sic enim in libro 3^{to} Carolinò c. 17. exprimebatur Latine: Suscipio et amplector honorabiliter Sanctas et venerandas imagines secundum servitium adorationis, quod Trinitati emitto: cum tamen in textu originali habeatur: adorationem vero, qua sit secundum patriam, soli Trinitati emitto. Certè Patres*

* *Grægat. ad i. part. 2^a sæculi IV. Benedictini.*

Trancofordienses hinc culpam non vacasse aperit Mabillonius noster, quod Synodum VII. criminarentur, quasi patrem Sanctorum imaginibus ac Deifica Trinitati cultum proscripsisset: item, quod cultum Sanctis imaginibus per hunc abjectiones, oscula, et thur exhibitum damnarent, idem autem probarent, quoad Crucem, Evangeliorum librum, et reliquias. Imò imaginum cultum prouis abjicere viderentur, eoque prout habent Carolini libri, id neque in veteri, neque in novo Testamento prouisi affirmarent.*

In hoc tamen enusari posse videntur, quod tum ipsi tum Franci Præsules tunc temporis Concilium Nicanum II. pro generali et ab Adriano I. Papa approbatum non haberint. Hujus fidem facere videtur, quod loquere dicto Can. 2. nullam Papæ Adriani mentionem faciunt, sed solum, ut loquuntur, Græcorum Synodum perstringant; forte crediderunt, Adrianum Papam, antequam hanc Synodum VII. confirmaret, illis acta ad ipsos transmississe, ut ea examinarent, p.

Certè Adrianus ipse Libris Carolinis, quibus hoc Nicaena Synodus oppugnatur ita respondit, ut œumenici Concilii auctoritatem nominèque illis nusquam objiciat.

Sed tandem illam Synodum Trani 465.
Præsules circa finem noni seculi receperunt, et religionum cultum imaginibus detulerunt. Prius tamen ~~frangere~~ imagines etiam in Templis retinuerant ad piam scilicet memoriam prototyporum, et rudium instructionem. Unde damnabant Iconoclastas, qui imagines frangebant, et destruebant. Horum porò frangendarum Præsulum errorem, quem ignorantia et aliquatenus bona fide contraxerant, tolerarunt Summi Pontifices, ad vitandum scilicet majus malum, hæc prudenti circumspectione providentes fore, ut, si urgeretur Synodi VII. auctoritas, ex Francorum universa Christianitati tum dominantium pertinacia, Christi Ecclesia conspersione foedissima et inmedicabili laceraretur; et præsertim cum non extet præceptum divinum affirmativum pro unoquoque Christiano de colendis imaginibus, sed duntaxat negativum, quod semper pro omni tempore obligat: quovis enim tempore malum et illicitum est Sanctorum imagines perire, irridere, delere, frangere, contumelias officere; à quibus omnibus semper abhorruere Trani.

Ob. 8^{vo}. Saltem Imaginum cultus 69.
qualis à Catholicis adhibetur est illicitus: nam ipsi imagines colunt, ut Deos, thus enim idis adolent, et luminaria coram idis accendant.

Resp. neg. ant. et ejus probationem. Nam thus adolere, et lumen accendere non sunt signa per se vel ex usu ad Patriam determinata, sicut est Sacrifi-

B. P. 49

466. cium; sed sunt de se ad latriciam et Iuliam indifferentia, et determinantur per intentionem illius, qui hoc signa adhibet, perinde ac genuflexio, corporis inclinatio, quo etiam ad adorationem civilem et politicam pertinent. Cultus enim latricus consistit in Summa Submissione erga Deum, propter infinitam eius excellentiam, aliquo signo exhibita. Hinc si signum per se vel ex usu non sit determinatum ad hyporemam Submissionem testificandam, adhiberi potest ad protestandam Submissionem inferiorem ob excellentiam aliquam creatam.

Dices. Catholici afficiuntur magis erga aliquas imagines; non nisi, quia putant in eis inesse aliquam virtutem. Ergo.

Resp. neg. ant. Catholici quidem aliquas imagines sapientius honorant, quam alias, quia Deus ac Sancti variis beneficiis et miraculis significant, se velle specialiter in quibusdam imaginibus et locis honorari. At non magis intensive colitur aliqua imago ejusdem Sancti quam alia.

70. Ob. g^{no} Imagines sunt idola. Ergo qui eas colunt, sunt idololatrae.

Resp. neg. ant. Nam idolum est falsi numinis imago, sive id, quod cum Deus non sit, colitur tamen ut Deus. Fideles autem instructi non adorant imagines ut Deum; nihilque colunt tanquam Deum, nisi unum et verum ipsum Deum personis trium. Immerito ergo velut Idololatrae traduntur.

Ob. 10^{mo} Quidquid per hunc, quem ^{467.}
71.
Imaginibus exhibent, cultum interdigan-
t Catholici; Saltem Ecclesia non debuit tan-
quam de fide definire eas esse retinendas
et venerandas; idem enim fide divina
credi non potest, quod Deus non revelavit.
Atqui Deus non revelavit Imagines esse re-
tinendas et venerandas, cum ex dictis illud
sit mere disciplina, nihilque Christus de
imaginibus prescripserit, et quaeunque de
eis habentur in veteri Testamento Christia-
nos non spectent. Ergo.

Resp. Dist. primam propositionem.

Ecclesia non debuit definire tanquam ex
fide credendum quoad unum et factum, hoc
est, actu et de facto Imagines proponendas
esse venerationi fidelium, cone. Inoad-
jus exponendis ipsas Imagines quando et
ubi iudicaverit, neg. Duplex fieri po-
test questio circa Sanctorum imagines.
1^a quae est in materia fidei, utrum legi
divinae repugnet pingere et venerari Sane-
torum Imagines. Cum autem haec de re
esset controversia Catholicos inter et He-
terodoxos, Ecclesia illam diremit, et pro
suo jure definiuit credendum fide divina
non repugnare legi divinae pingere et vene-
rari Sanctorum imagines; ipse enim est
interpretari legem divinam fidelesque
docere, quid per illam liceat, quidve interdi-
catur. Altera vero questio, utrum, spe-
tatis omnibus circumstantiis, expediat Sane-
torum Imagines in Templis venerationi fide-
lium exponere, pertinet ad disciplinam
duntaxat. Unde

Sanctum 19. maj. 1796.


468.

Ad confirmationem, concessa maj.
 Dist. min. Deus non revelavit Imagines
 esse retinendas et venerandas, positive præ-
 cipiendo idas retineri, et in Templis collocari,
 conu. Non revelavit fas esse eas retinere et
 in Templis collocare, Subdist. non revelavit
 speciatim, conu. generatim, quatenus re-
 velavit Legem veterem, cujus erat præcep-
 tum illud Exod. 20. v. 4. Non facies tibi...
omnem similitudinem, promulgato Ewange-
 lio non obligare, neg. min. Sic generatim
 revelavit, Christianos jam non teneri absti-
 nere à suffocato et sanguine, legemque hæc
 de re ab Apostolis sanctam ait 15. non esse
 inter præcepta divina numerandam, qui-
 bus nunquam derogari licet. Expositis reo
 Imaginibus S. Trinitatis, item Christi et
 Sanctorum venerationem deberi mani-
 feste colligitur ex Scriptura, in qua
 frequenter præcipitur reverentia erga res
 Deo dicatas, et ad Religionem pertinentes.

Igitur ex hæcenus hoc toto pa-
 ragrapho deductis constat, quod tam
 Crux Christi, quam ejus effigies, Sancto-
 rum reliquie et Imagines pie, licite
 ac religiose à nobis colantur, non quidem
 adoratione et cultu absoluto, qui videli-
 cet in ipsa Cruce, Sanctorum reliquiis, et
 Imaginibus unice listat, sed relativo
 duntaxat, qui nempe ad eorum prototy-
 pa referatur, et quorum ratione à nobis
 colantur.

Finitis.

Ad 7.
 Traus
 Publica, D.
 Vari
 Is primu
 am optav
 nam Sch
 las Theses
 ne Selecto
 rituri, n
 velimus
 de Kry
 lario, im
 terio, De
 ramento
 Stupe
 larium, i
 vstra mys
 is Divis
 u lane im
 suent ac
 quia di
 tones, nem
 tia, bonitas
 misericordi
 le invicem
 es, divine
 mul in cau
 ingere se
 matione
 btur est
 argument



Proclusio.
Ad Theses Theologicas
Selectas

Ex

Treatatu de Incarnatione p.
Publica Disputationi expositas

Variis hactenus pro predicti obsta-
culis proimum nunc paulo quidem serius
quam optaveramus et debueramus in
arenam Scholasticam descendimus, praes-
entes Theses ex Treatatu de Incarna-
tione Selectas publica Disputationi ex-
posituri, neque enim quisquam cre-
dat velimus, iis ea omnia contineri,
quae de Stupendo Simul ac Summo ne-
cessario, imo primario Religionis nostrae
mysterio, Incarnationis Divinae scilicet
Sacramento, explananda suscepimus.

Stupendum Simul ac Summe ne-
cessarium, imo primarium Religionis
nostrae mysterium istud Incarnatio-
nis Divinae Sacramentum inuicem;
nec sane immerito; enimvero in eo
eluecent ac se se magnifice produnt
praecipua Divina attributa seu perfec-
tiones, nempe omnipotentia, Sapien-
tia, bonitas, iustitia, clementia et
misericordia. Quas tam extremas, et
à se invicem tam longe distantes natu-
ras, Divinam scilicet et humanam si-
mul in eadem personâ intimo nexu con-
jungere sine ulla confusione ac per-
mixtione, hoc verè Summum et inau-
ditum est Divinae potentiae ac virtutis
argumentum. Deum ad vilem homi-

~~469~~ ~~disputatio~~
72. auf folget,
soll nicht gedruckt
werden.

470. nis conditionem demitti, re ipsa majus est
quoddam divina potentia miraculum, quam
grandia quoque moliri. Sapientia vero
divina quanta huius solertia in conciliandis
simul iustitia et misericordia Dei: Haec gra-
tiam postulat et poena remissionem; illa
jurium suorum conservationem, ac condi-
gnam noxii punitionem, ita ut Deus
ne peccatum hominis dimittat impunitum,
quia justus est, ne insanabile, quia mi-
sericors. Id autem divino plane consilio
et arcano aspeuta est Dei Sapientia: Chris-
tus Sponsor noster loco nostri substitutus
poenas divinae iustitiae solvit ad rigorem,
clementia vero ac benignitas Dei se in
hominum genus liberaliter effundit: res
parcitur, et plectitur innocens. Incarna-
tionis Dominica mirum illud est ac divi-
num arcanum. Nisi enim Christus Deus
esset, non afferret remedium; nisi esset
homo, non praeberet exemplum. Hanc
satisfactionem non potest facere nisi
Deus, nec debet nisi homo; necesse est
igitur, ut eam faciat Deus homo. Satis-
factionis materiam, hoc est, poenas
et expiationis opera homo praebet,
Deus pretium ac valorem impetratur,
ita dum severa Dei iustitia placatur,
oblato pro peccatis nostris proprii filii
huius sanguine, quo nullum dignius pre-
tium esse potest, benignitas et miseri-
cordia Dei in nos abundanter exerce-
tur. Sic mirum in modum impletur,
quod praedixerat David, Misericordia
et veritas obviaverunt sibi, iustitia

et pax osculata sunt. Atque inde tanta 471.
in Deum gloria redundavit, ut Ecclesia
felicem non timeat dicere Adami culpam,
quo tantum meruit habere Redempto-
rem.

Quanta proinde sit Incarnatio-
nis Dominica dignitas, facile discipiet,
quisquis ad ea, quo primum elocuti su-
mus, mentem animumque intenderit;
nempe totius Religionis Christianae ca-
put illud est, Spei ac Salutis nostrae uni-
cum fundamentum.

Igitur Sublime istud argumen-
tum, et quo nullum augustius, quantā
potuimus animi contentione et Solemnitā
tractavimus, cuius Specimen aliquod
praebent praesentes nostrae de augustis-
simo hoc mysterio Theses, quas publi-
ca Disputationi exponimus, quibus
ut Reverendissima ac perquam gratiosa
Amplitudo tua vosque ceteri Blm^o
Ridi Carissimi, Doctissimi ac Reli-
giosissimi Domini Patres ac Confratres
colendissimi favere, necnon eas Do-
ctissimis et perspicuis argumentis ves-
tris illustrare dignemini etiam
atque etiam rogamus, efflagitamus.

472.

73.

Theses Theologicae Selectae

Ex

Tractatu de Incarnatione p.

1.

Incarnationem definimus, Pri-
marium Religionis Christianae myste-
rium, quo Verbum Divinum assumpsit
naturam humanam, veram et integram,
in unitatem personae, ad redimendum
genus humanum. • Mysterium istud
possibile est, seu nullam internam pug-
nam ac repugnantiam includit.

2.

Ilius existentia adversus genti-
les demonstrari potest, ut et adver-
sus Iudeos.

3.

Verbum Divinum veram nobisque
consubstantialem naturam humanam,
Corpus scilicet humanum et animam
rationalem assumpsit; corpus quidem
ex Beata Virgine Maria, illibata sem-
per, ac integra remanente ipsius Virgi-
nitate; illudque possibile ac corruptibi-
le.

4.

Unica est in Christo persona, que
simul est Deus et homo, id est, Verbum
Divinum sic assumpsit naturam hu-
manam, ut Divinitas, corpus et anima
humana in unam personam coalescerint.

5.

In Christo sunt post unionem due
naturae integrae, distinctae et inconfuse,
nempe divina et humana, ac proinde
unio Verbi Divini non est facta in

naturā, sed immediate in personalitate. 473.

6.

Duplex quoque in Christo fuit voluntas
et operatio, divina una, humana altera.

7.

In Christo non est admittenda com-
municatio idiomatum in abstracto, pro-
prietatum scilicet naturae divinae res-
pectu humanae; multo minus proprie-
tatum naturae humanae. Unde pro-
falsa sunt istae Lutherianorum propo-
sitiones, Humanitas Christi est ubique,
est omnipotens, &c.

8.

In Christo ut homine fuit à primò
conceptionis instanti vera scientia bea-
tifica, quae in clarà Dei visione consis-
tit; ut et Supernaturalis per se infu-
sa, omnium nempe rerum supernatu-
ralium, necnon humana rerum natu-
ralium; non tamen scientia huma-
na experimentalis, sed eam successu
temporis acquisivit; multa quippe
successu temporis sensibus percepit,
per impressionem ⁱⁿ eisdem factam, quae
antea sensibus non perceperat.

9.

In Christo ut homine fuit Sancti-
tas tum Substantialis, seu ea, quae Sanc-
tificatus est per Verbum vi unionis hy-
postaticae; tum accidentalis, quae est
gratia Sanctificans.

10.

Christus verè et propriè nos rede-
mit, necnon de condignò et equiva-
lenter, imò Superabundanter pro

474. omnibus hominum peccatis satisfecit.

11.

Christus etiam secundum humanitatem, seu quatenus est homo, nec est, nec dici potest filius Dei adoptivus, multo minus servus.

12.

Humana Christi natura hypostatice Verbo conjuncta eadem et unica cum divinitate Verbi adoratione et cultu est colenda; scilicet propter Verbi divini, quod est ipsius suppositum, in creatam excellentiam.

13.

Sed et etiam Sancti in caelo cum Christo regnantes cultu aliquo digni sunt, Beata Virgo Maria quidem Hyperdulia, ceteri vero Sancti Dulia cultu et adoratione. Nec non bonum ac utile est, eos invocare, ut pro nobis ad Deum intercedant; neque id vel minimum Deo et Christo Mediatori est injuriosum.

14.

Crus etiam sive vera, in qua passus est Dominus, sive picta et sculpta, sive manuum agitatione expressa, est colenda. Reliquis item Sanctorum, ut et eorumdem imaginibus pie, licite, ac utiliter religiosus cultus impenditur.